

quā in eo dicimur facere: qz ipē poti⁹ eā fecit qz nos: vñ dicit ap̄ls Col. i. Laboro certādo fīm opationē ei⁹ quā opa tur i me in v̄tute. Nec timere nos optet impedimentū dyabolii vel malorum hominum qz t̄ ipē ad nibilū deducet inimicos n̄os). s. demones vel malos homines vel prauos motus qz nūc ad nibilū deducunt cū fortiter resistēdo vincunt t̄ cōtemnunt Iud. v. Conculca aia. m. robustos. Gen. iii. Inimicis ponā inter te t̄ mulierē ipā cōterci caput tuū: deducent etiā inimici ad nibilū qz condēnabunt qz tūc malent nō esse qz esse qz sicut mali socii ei⁹ qui nō est Ezech. xxviii. Nibili factus es t̄ nō eris in ppetuū: v̄l in bono ad nibilū deducit dñs p̄tōres cū eos humilias vt se nibil reputet. i. Cor. viii. m. t̄ si nibil sum Esa. xl. Om̄es gentes qz si non sunt sic sunt corā eo.

P̄s. 108.

**D** Eus laudē meā ne tacueris: qz os p̄tōris t̄ os dolosi sup̄ me aptū ē. Deus lau. m. Titulus. In finez p̄s. dauid. titulus satis supra exposit⁹ est. In p̄cedēti p̄s. egit de r̄iurrectiōe t̄ ascēsione dñi: b̄ agit de cā meritoria istorū. s. de passiōe t̄ patiētia eius: in qz etiā cōtinēt increpatiō iudee t̄ iudeoz: t̄ agit de pena iudee t̄ p̄ hoc de pena malorum: subdit etiā de r̄iurrectiōe dñi t̄ p̄ hoc de beatitudine bonorum. Intētio est monere nos vt iude malicie declinem⁹ t̄ xp̄i b̄ianitatē t̄ patientiā imitemur. Modus tres sunt p̄tōtōes. In p̄ma incipit ab oratione: t̄ postea increpat iudeoz qz redditū mala p̄ bonis. In sc̄da est execratio iudee de quo t̄ solo non oia qz ibi dicunt accipi p̄nt: s̄ sicut petrus p̄sonā ecclie portat: et iudas inimicorum q̄ibus cōgruit nō solū ea qz apertius legimus in hoc p̄s. de ipis s̄ etiā ea qz exp̄ssiōs de ipo iuda dicunt ibi (cōstitue sup̄ eū) Tertio petit vt ipē cōsequaf̄ glo-riā r̄iurrectiōis t̄ inimici dyplōidē cōfusiōis ibi (t̄ tu dñe fac meū) p̄beta ḡ loquēs in p̄sonā xp̄i in passiōe cōstiūtū Christi. In p̄sonā t̄ dicit o. (de) p̄i (laudē meā ne tacueris) .i. ne taceri facias quin me reluscites t̄ opus est vt nō faceas laudē quia mali iudei nō taceas vituperiū: hoc est qd̄ dicit: qz (os p̄tōris) .i. aperti t̄ manifesti detractoūs dicētis: in beelzebub p̄ncipē demoniorū enīt̄ demonia Mat. xij. (t̄ os dolosi) id est occulti detractoūs t̄ adulatoūs dicētis: magister sciens qz verax es t̄ vīa dei in veritate voces Mat. xxij. Os inq̄ istorū (up̄ me apertū est) me deridēdo supra aperue rūt̄ sup̄ me os suū dixerūt euge euge t̄. de his duobus p̄ verso ordine replicat dicens.

**L** ocuti sunt aduersum me lingua dolosa t̄ sermonib⁹ odij circūdederunt me: t̄ expugnauerunt me gratis.

Lo. sunt lin. do. ) ecce qz sc̄do dixerat dolosi (t̄ sermonib⁹ odij circūdederunt me) ecce qz p̄mo dixerat qz (os p̄catoris t̄c.) t̄ hoc vt dixim⁹ fecerunt dicentes: in beelzebub p̄n. de. ej. de. qn̄ clamabant crucifige crucifige eū Mat. xvij. H̄i sunt sermones odij (circūdederunt) per hoc nota multitudine populi h̄ clamatis. p̄s. Circūdederunt me vītuli multi: t̄ alibi. circūdederunt me sicut apes: vel hoc qd̄ dicit os p̄tōris t̄ os do. sup̄ me apertū est dñ de iuda qz fu. it p̄tōr: in se t̄ dolosus in dñ: qz p̄ditoz h̄ aperuit os sup̄ dñm cū dicit: qd̄ vultis mibi dare t̄c. Mat. xxvij. qd̄ autē sequit̄ (locuti sunt t̄c.) de iudeis dñ sicut expositū est et possent dicere iudei malefactoriū erat: vñ merito talia ei fecim⁹: h̄ qd̄ dicit (t̄ expugnauerūt me) .i. impugnauerūt (gratis) .i. sine cā. Jo. x. Multa bona opa ondi vobis a p̄te meo: p̄pter qd̄ horū vult̄ me lapidare: vel (expug.). i. vicerūt fīm suā opinionē: qz cū cū crucifirū viderunt credididerunt cū nō resurrecturū: vñ t̄ ipi abentes munierunt se pulcri signātes lapidē cū custodib⁹ Mat. xxvij. t̄ hoc fecerūt (gratis) .i. sine cā t̄ loco grārum qz referre deberēt de bonis qz fecerat eis r̄ps: vt p̄dictū est: in quo nota magna ingratiūdo indeoū: vñ in sequētib⁹ triplicē ingratiūdinē ostēdit. Prima fuit ingratiūdo oris: qz cū ei gratias referre deberent detrahebant ei: vnde dicit.

**P**ro eo vt me diligenter detrahebant mi-

hi: ego autem orabam.

**P**ro eo vt me di. ) .i. loco ei⁹ qz me diligere deberēt: vel (pro eo) pro qz me diligere deberent: qz. s. eōw infirmos curabā (detrahebāt mibi) Jo. ix. Nos sc̄im⁹ qz h̄ bō p̄tōr ē t̄ iterū Job. ix. Non est bichō a deo qui sabbatū non custodit: t̄ tu dñe quid faciebas. Nūquid eis similiter detrahebas: rūdet dñs (ego aut̄ orabā) .i. pro peccatis eorum. Lu. xxiij. Pater dimittē illis banc norā quia nesciūt quid faciūt. Sc̄da fuit ingratiūdo opis de qua addit.

**E**t posuerunt aduersum me mala p̄ bo 4 nis: et odium p̄ dilectione mea.

**P**o. ad. me ma. pro. b. ) faciētēs me crucifigi t̄ me etiā p̄us lapidātes fīm qz prius dictū est qd̄ dñ Jo. x. Multa bona opa ondi vobis a p̄te meo: p̄pter qd̄ horū vult̄ me lapidare. Tertia fuit ingratiūdo cordis: vñ dicit (t̄ odium pro dile. m.) Jo. xv. Et impleat sermo qz in lege eōm scriptris est: qz odio habuerūt me grati⁹ sumiē de p̄. Qui oderūt me gratis t̄ annūtē oculis. Moraliter (te) lau. me. ne tacu. qz os pec. t̄c.) hoc dicit iustus penitēs quē homines p̄catores i se t̄ dolosi id p̄m̄os vituperāt t̄ detrahunt ei de facili qd̄ notaſ cū dicit (aptū est) .q. d. nunq̄ fīm veritatē dicit ſ̄ qd̄cūqz malū venit eis ac̄ os fīm qd̄ vulgariter dñ Job. xvij. Apūerūt sup̄ me ora sua: t̄ tales qz ita vituperāt ut a liguis malis laudat dñs: vñ exēplū bēmus. H̄ic. xij. vbi dñ qz locuta est maria t̄ aaron h̄ moy. t̄ sequit̄ qz dñs dicit: an nō calis seru⁹ me⁹ moy. qz in oī domo mea fidelis. sim⁹ est. t̄ Dan. xij. cū sacerdotes mali vituperarēt susanā dñs eā laudauit: qz suscitauit sp̄m danielis ad laudāndū eā t̄ liberandā. id dicit dauid. ij. Reg. xvij. Dimitte eūz ut maledicat mibi: si forte redicat mibi dñs bñdictionē p̄ maledictioē bac bōdierna: eōm̄erso qz a malis homib⁹ laudant̄ a deo nō cōmendant̄ supra cōfusiūt qz boib⁹ plā. qm̄ deus sp̄cuit eos: t̄ alibi. qm̄ laudat p̄tōr in tēsi. aniesue: t̄ iniquū bñdicit̄ exacerbauit dñm p̄tōr Lu. xij. qz bonis minib⁹ altū est abhoatio est apud tēm̄ locuti sunt aduerling. do. H̄iere. ix. Extenderūt lingua suā qzī arcū mēdaci⁹ t̄ nō veritatē. p̄. H̄ic libera aiam. m. a la. iii. t̄ a ling. dolo.

**E**t nōt̄ur in hoc vñ breuiter octo vīcia qz fuerūt i iudeis t̄ sunt in detractorib⁹ (locuti sunt) ecce loq̄citas h̄ silentiū (aduer. me.) ecce temeritas h̄ reverentias qz dñō t̄ bonis viris debet̄ (lingua do.) ecce frāns h̄ iusticiā (t̄ sermonibus) ecce procacitas h̄ modestiā (odij) ecce inimicicia cōtra charitātē (circūdederūt me) ecce iniqua circumuentio h̄ veritatē (t̄ expugnauerūt me) ecce bellū h̄ pacē (gratis) ecce ingratiūdo h̄ gratiā. Col. iii. Pax xp̄i exultet in corib⁹ vñs t̄ gratiā estote (pro eo vt me dili. detra. mibi) .i. qz me diligebat vt dicebat mala de me dicebant: sic em̄ dicit detractores. Nōuit deus ego diligō illū homēt̄ t̄ propter bonū suū dico velle qz corrigerēt̄ de hoc vīcio vel de illo qz talis vel talis est: t̄ tanto fortius detrahunt quāto sc̄ilius eis credit̄ h̄ cū cuius amici esse credunt̄: qz de talibus recte dici p̄t̄ illud p̄. Lingua eōm̄ gladius acut⁹. ex hoc em̄ facilē cedit t̄ intrat lingua detractoūs qz amicuz se simulat̄: ſ̄ t̄ dñ Mich. vij. Nōlite credere amico: tales faciūt̄ sicut iudas qz osculo filiū bois tradidit̄: t̄ ad h̄ osculat̄ est nō qz eū diligēt̄ ſ̄ qz eū facilē traderet̄. iustus t̄n̄ nō reddit̄ malū p̄ malo ſ̄ bonū p̄ malo: vñ addit̄ (ego autē orabā) .i. pro detractorib⁹ meis aliter nō esset discipuli xp̄i dicētis Mat. v. Orate pro p̄sequētib⁹ t̄ calūantiib⁹ vos h̄ execut̄ fuerat̄ H̄iere. qz dicit H̄iere. xvij. Nō qd̄ reddit̄ p̄ bono malū qz foderūt souē amie mee recōdere qz steterim in cōspectu tuo vt loquerer̄ pro eis bonū t̄ vt auerterē indignationē tuā ab eis. Nec t̄n̄ sic orando p̄ detractorib⁹ possunt boni viri cop̄ detractioēs cōpēsse. re: ſ̄ eoipso qz orant̄ p̄ eis vocant̄ eos hypocritas: vñ subdit̄ (t̄ posuerūt aduer. me ma. pro bo.) .i. sup̄posuerūt qz p̄ mala intentiōē h̄ facerē qz bonū est. ſ̄ orare p̄ inimicis vel alia bona (t̄ odij p̄ dile. m.) .i. dixerūt qz l̄ orarē p̄ p̄sequētib⁹ t̄n̄ odiebā eos sic dicit multoties mali h̄ iustos t̄ h̄ totū est ad bonū iustoz: vñ Mat. v. H̄i estis cū ma. ledixerint vobis homines t̄ dixerūt oē malū aduer. vos mēt̄ie.

2 4

# Psalmus

tes p̄pper me gau. t̄ exul. qm̄ mer. vest. co. est in cel. vel sic.  
(odus. p̄ dile. m.) i. oderūt me q̄r eos charitatue corripie  
bā. Amos. v. Dio babuerūt in porta corripientē t̄ loqu  
tē pfecte abboiati sunt: vel de ipo xp̄o pōt legi q̄ dicit p̄ctō  
ribus (t̄ posuerūt aduer. me ma. pro bonis) dñs em̄ multa  
bona boibus crēdō: recreādō: t̄ facit quotidie susten  
tādo ad p̄niam expectādō: t̄ multis alijs modis p̄ q̄bus  
ip̄i deberēt retribuere ei bona q̄ p̄nt facere q̄tē nūbil sunt  
in respectu bonorū acceptorū: vn̄ dicit p̄. Quid retribuam  
dño p̄ oībus q̄ retr. m̄bi. Sed t̄ multi ponit aduersus  
eū mala. p̄ bonis q̄. s. peccare nō desistit Heb. vi. Rursus  
crucifigētēs sibimēt̄pis filiū dei t̄ ostētū bñtes Zach. xj.  
Si bonū est in oculis v̄is mercedē mēa asserre. s. aias ve  
stris p̄ q̄bus mortuū suz: qz xp̄s passus est p̄ nobis: t̄ ad  
dit si nō quiescite. q. d. nolite amplius me crucifigere t̄ ad  
uersum me ponere mala. p̄ bonis. Et notabilis dicit (po  
suerūt) q̄si v̄is in cōmenda vel i thesauro: q̄r iterū redde  
tur eis totū in pena qd̄ mō ponit in culpa. Rom. ii. Che  
saurizas tibi irā in die ire t̄ reuelatiōis iusti iudicii dei qui  
reddet vniuersit̄ fīm opa sua. s. reddet id qd̄ depositur qd̄  
dñs custodit ei Deu. xxxij. Nōne h̄c cōdita sunt apud me  
t̄ signata in thesauris meis Eccl. xviii. Peccata illi? scr  
uans seruabit (t̄ oīū pro dile. m.) xp̄s em̄ nos dilexit vt  
nos eū diligēremus t̄ proximū. Jōh. iiiij. Diligam? deū  
qm̄ ip̄e p̄io: dilexit nos. Si quis dixerit qm̄ diligo deū et  
fratē suū oderit mēdā est t̄. sed multi reddūt oīū deo  
t̄ proximo. p̄. Supbia eorū qui te oderūt ascen. sp. Pro  
ver. xix. Viri sanguinū oderūt simplicē.

**D** Allegorice seu ad līaz de iuda et iudeorū pe  
nis tā spūa libis q̄ tē poralibus.

**C** Constitue super eum peccatorem: t̄ dyabolus stet a dextris eius.

**C** (Constitue) Scđa ps̄ vbi est excretio iude t̄ p̄phetia de  
malis que mali pro impietate recipiēt. p̄mo ergo allegori  
ce seu ad līam de iuda t̄ de iudeis exponam? quorū pene  
h̄ enēterant: p̄mo spūales postea t̄pales. Prima pena spū  
ritualis eoz est seruit̄ dyaboli: vn̄ dicit xp̄s nō optādo s̄  
p̄dicēdo: vel p̄pheta h̄ dicit p̄phetando (cōstitue) o deo p̄  
(sup eū). s. sup iuda t̄ sup populū iudicicū (p̄ctōrem). i.  
dyaboli q̄ antonomatice dī p̄ctō: fīm illud Jō. viij. Dyab  
olus ab initio peccat. q. d. facies. i. p̄mitte vt dyabolus  
sic dñs eoz: vn̄ de iuda dī Jōb. xiiij. Introiuit in eū satba  
nas. Scđa pena est p̄uersitas voluntatis: vn̄ dicit (t̄ dyab  
olus stet a dextris eius). i. in potioribz bonis eius. q. d. q̄  
sunt dyaboli habeat, p̄ dexterā sicut iudas q̄ xp̄m trade  
re potuit t̄ iudei q̄ ip̄m crucifigere potuerūt: habuerūt, p̄  
tertia Jō. viij. Tlos ex p̄e dyabolo estis t̄ desideria pa  
tris vñ vult̄ facere. Tertia pena est dānatio: vn̄ dicit.

**C** Cum iudicatur exeat cōdemnatus: t̄ ora  
tio eius fiat in peccatum.

**C** (Lū iudi.) p̄ticulari iudicio. s. morte vñ in gnali (erat cō  
dēnatus) iudas scīpm iudicavit dices Math. xxvij. Pec  
caui tradēs sanguinē iustū: t̄ exūt (cōdemnatus) p̄mo a se  
ip̄o sicut ibi sequit̄ q̄ p̄iectis argētēs in tēplo abiens la  
queo se suspedit. Scđo (cōdemnāt̄) a deo q̄r despauit. Quar  
ta pena est frustratio orōnis: vn̄ dicit (t̄ oīo eius fiat i pec  
catū). i. cū p̄ctō. i. cū defectu vt nō habeat effectū t̄ spāl̄ intel  
ligit de illa orōne iude q̄ orabat t̄ desiderabat apud se vt  
inueniret occasionē tradēdi dñm t̄ h̄ sit in p̄ctū: q̄ sic orā  
do peccauit iudeorū etiā orat̄ q̄ q̄tide xp̄ianis im̄pcanē  
est eis in p̄ctū. Enēteratis penit̄ spūalibus subiūgit de tē  
poralibus: t̄ primā ponit vite breuitatē dicens.

**C** Fiant dies ei? pauci: et episcopatū eius  
accipiat alter.

**C** (Fiat di. ci. pau.) sic fuit ad līaz de iuda q̄r cito post p̄di  
tionē suspendit se t̄ suspensus crepuit medius t̄ de iudeis  
pauci fuerūt dies eorū sacrificii: q̄r sacrificiū est ab eis ab  
latū. Osec. iii. Diebus multis sedebūt filiū israel sine rege  
t̄ sine p̄ncipe t̄ sine sacrificio t̄. Secunda pena est deposi  
tio honoris t̄ dignitatis: vn̄ subdit (t̄ ep̄atum eius accipi  
at alter) qd̄ de iuda vñ fuit: q̄r Mathias accepit (ep̄a  
tū). i. apostolatū eius: sicut habet Act. i. vbi perus in

ducit istū versum de iudeis sūlter vñ fuit: q̄r frāsij ab eis  
in sacerdotiū t̄ gētēles bñt sacerdotiū t̄ ep̄icopatiū. Ter  
tia pena est mōstpalis: de qua subdit.

**C** Fiant filij eius orphani: t̄ v̄ror ei? vidua  
(Fiat si. eius orpha.) q. d. moriant̄ t̄ q̄r etiā p̄ mortē ma  
tris possunt fieri orphani: determinat q̄ de morte patris t̄  
nō de morte matris intelligit cū subdit (t̄ v̄ror ei? vidua)  
qd̄ sit p̄ mortē viri qd̄ plani est de iuda t̄ etiā de iudeis  
q̄r multi eorum interficti sunt a Tyto t̄ vespasiano Exo.  
xxij. Percutia vos gladio t̄ erunt v̄proes vestre t̄ filii ve  
stri pupilli. Quarta pena est punitio filiorū q̄ in plures di  
uidit penas. Prima est instabilitas: vnde dicit.

**C** Nutantes transferantur filij eius t̄ men  
dident t̄ ejiciantur de habitationibz suis.

**C** (Nu. t. f. e.) de loco ad locū. Scđa pena est mendicitas:  
vn̄ addit (t̄ mendicit̄) h̄ sustinuerūt filiū iude t̄ filiū iudeo  
rū in captiuitate sua q̄r capti sunt a Tyto t̄ Vespasiano.  
S̄ h̄ duo p̄nt q̄ri: p̄mo q̄d faciat ad penā patrū iā mortu  
orū pena filiorū vñcētū. Scđo q̄r pro p̄ctō patrū puni  
tur filij: videf̄ em̄ iniūstia cū scriptū sit Ezech. xvij. Fi  
lius nō portabit iniūctatē patrū Ad p̄mū dicendū est q̄ pa  
tres mortui in h̄ affligunt q̄ timēt filiū suis: q̄r cū eos nō  
videat secū in pena: nec cū bonis in glā: sicut diues laza  
rū t̄ abraā Lu. xvj. Timēt ne tandem veniat cum eis in to  
mēta: t̄ h̄ timere est eis pena. Ad secūdū dicendū q̄ filiū  
nō portat iniūctatē patrū vt puniat eternaliter p̄o patre: sed  
qñq̄ punit̄ t̄paleriter p̄ eo licet ip̄e nec peccauerit cū patre  
si vñ unitet patrē in p̄ctō tūc t̄ t̄paleriter t̄ eternaliter puni  
tur: vñ bñ debuerūt puniri filiū iude t̄ v̄ror ei? q̄ ea come  
debāt q̄ ip̄e dño furabat: t̄ filiū eoz iudeorū: q̄r p̄es fece  
rūt xp̄m occidi t̄ filiū ei? resurrectionē voluerūt sepelire:  
vñ bñ eis accidere debuit q̄ t̄ ip̄i im̄pcati sunt sibi Mat.  
xvij. Sanguis eius sūg nos t̄ sup filios nr̄os. Tertia pe  
na filiorū fuit amissio possessionū: vn̄ dicit (t̄ ejiciantur de  
habitationibz suis) i. de possessionibz immobilibz. Quar  
ta fuit amissio mobilū qd̄ sit duobus modis. s. p̄ fraudez  
t̄ p̄ violentiam: de primo dicit.

**C** Scrutator fenerator omnez substantiam  
eius t̄ diripiāt alieni labores eius.

**C** (Scru. f. o. sub ei?) qd̄ forte ad līam fuit vñ de sbstātia  
quā iudas dimiserat filiū suis. De scđo addit (t̄ diripiāt  
alieni labores eius) hoc fecerūt romani t̄ successoribz iu  
dei t̄ alijs iudeis vel mystice (fenerator) spūalis est dyabo  
lus q̄ p̄ctm datad vñrā: vel ip̄e etiā dñs dī fenerator q̄  
comittit talentū sūt ad vñrā Math. xxv. t̄ Luc. xix. De  
vtrqz istorū p̄t dici (scrutet fenerator o. s. eius) iude ei  
iudei: q̄r deus in iudicio districte requiret qd̄ ei cōmisit: t̄  
dyabolus puniet p̄ omni peccato. Quarta pena est de  
fectus cōsolationis que sit duobus modis. s. adiuuādo t̄  
cōpatiendo: t̄ de his duobus subdit.

**C** Non sit illi adiutor nec sit qui misercatur  
pupillis eius.

**C** Nec sit qui misereat pupil. Quinta est defectus t̄ an  
nibilatio ipsius posteritatis: vnde subdit.

**C** Fiant nati eius in interitū: in generati  
one vna deleatur nomen eius.

**C** (Fiant nati eius in interitū) s. vt nō habeat posteros nō  
si vñ generationē. q. d. si habeat filios non habeat nepo  
tes. Determinatis penit̄ ostendit q̄ iudas t̄ iudei mali p̄  
nit̄ nō t̄m fuerūt p̄p̄is peccatis: sed etiā p̄o peccatis p̄  
renti: vnde dicit.

**C** In memorā redeat iniūtas patrū ei? in  
cōspectu dñi: t̄ p̄ctm matris ei? nō deleat.

**C** (In me. re.) s. vt puniat̄ in eo (iniūtas patrū eius) s.  
iude vel populi iudeorū (in cōspectu dñi) vt vindicet eaz  
in eū. de iuda aut̄ p̄rie dicit (redeat) cum eū iudas erae  
verus discipulus domini t̄ charitatē habebat quasi recel  
serat iniūtas patrū eius de cōspectu domini ēstum ad  
ipsum: quia si perseuerasset nō fuisse punitus p̄o ea: sed

cum ipse discessit a dño et ad patrum iniuitate reversus est ipsa iniuitas patru quā ipse imitatus est rediit in conspectu dñi in memoriā ut in ipm vindicare: sīlē vindicat in alios qui patru p̄cā imitan̄. in talibus cīm locū habet qd̄ dicit dñs Exo. xx. Ego sum dñs deus tuus fortis zelotes visitas iniuitate patru in filiis in terciā et quartā generationē qd̄ de quibus intelligi debeat addit corū q̄ oderunt me: qz in eos qui ad eum pertinet et ipm diligunt nō visitat p̄cā patru. Nam de talibus dī Ezech. xviii. et dictum est Filius nō portabit iniuitate p̄is (et p̄tū mīris eius) ad līam vel synagoge (nō telet) in eo s̄ vigeat ut puniat. Sic habuimus penas iudei et iudeor̄ taz spūiales q̄ tpales quas in p̄nti sustinuerunt: deinde assignat p̄pha vel ipse xp̄s alias penas quas in futuro sustinebunt:

Prima est eterna damnatio: vñ dicit.

**¶** 14. **Fiant cōtra dñm semp et dispereat de terra memoria eorum: p eo q̄ nō est recordatus facere misericordiam.**

**Fiant**. s. p̄tā eorum (cōtra dñm). i. corā ipso ab oppositis et vinciet (temp). i. in eternū: ipsi etiā fient (contra dñm) semp p̄ malam voluntatē deo p̄tria quā habebūt damnati Eccli. xl. Erit iracūdia p̄seuerās et p̄ctio. Scda est amissio glorie: vñ addit (et dispereat de terra memoria eorum). s. de terra viuentib⁹ Deut. xxv. Dementio q̄ fecerit tibi amalech in via qñ egrediebaris de egypto: vox pōt esse dei p̄is ad filiū. Amalech lingens sanguinē interpretat et significat iudam et iudeos qui sanguine xp̄i et mortem eius audeo quesierunt. et xp̄s memor erit quid isti fecerunt ei in via. i. in vita sua qñ egrediebaris de egypto. i. de mīdo Job. xvi. Exiui a p̄e et veni in mundū: iterum relinquo mundū et vado ad patrem: hic dixit discipulis in cena audiente iuda qui postmodū insidiatus est ei in via cū iudeis: et ip̄ se tradidit cum: et ipsi interfecerunt eum p̄ manus gentilium et sequit ibi Deut. xxv. Deleb nomen ei sub celo caue ne obliuiscaris: et oñdit quare ita punitus fuit iudas et iudei Prima cā fuit obduratio p̄trā dei misericordiā quā notat cuz dicit (p eo q̄ nō est recordatus) ipse iudas vel p̄pls iudeorum (facere mihi) qz iudas illa q̄ deberet dare pauperibus sicut dicebat ei dñs surabat et dabant uxori sue et filiis in ipm etiam xp̄m tam ipse qz iudei nō sūt recordati facere mihi: q̄ tot eis miseras fecerat curādo infirmos eorum et docēdo et pascēdo eos. Scda cā est crudelitas. de q̄ addit

**¶** 15. **Et p̄secutus est hoīem inopem et mendicū: et compunctū corde mortificare.**

**C** Et repete, p eo qd̄ (p̄secutus est) tam iudas qz p̄pls. (hoīem inopem) videlicet xp̄m qui ita fuit inops et non haberet ubi caput reclinaret (et mendicū) qui a samarita, na aquā petuit (et p̄punctū corde). i. qui p̄patiebas petis hoīm: hunc inqua p̄secuti sunt (mortificare). i. et mortificare. hec oia ad crudelitatem p̄tinet. spūialis autē possimus in h̄ versu sex mala et reprobanda in iuda et iudeis: et econtrario sex bona et approbanda in xp̄o (p̄secutus est) ecce p̄secutio in iudeis (hoīem) ecce inbūanitas (inopē) ecce crudelitas (et mendicū) ecce p̄tumelia (et compunctū) ecce inclemētia (mortificare) ecce homicidū. Item (p̄secutus est) ecce patiētia in xp̄o (hoīem) ecce mansuetudo (inopē) ecce paupertas (mendicū) ecce verecūdia (compunctū) ecce cordis afflictio (mortificare) ecce passio: post hoc addit: et alias causas quarū prīma est ardēns amor peccati. unde dicit.

**¶** 16. **Et dilerit maledictionē et veniet ei: et noluit bñdictionē et elongabit ab eo.**

**C** Et dilexit maledictionē. i. p̄tū er quo sequit maledictionē: de maledictōe iudei Matth. xxv. Ueboi illi p̄ quē filius boī tradet: de maledictōe iudeor̄ Matth. xxvii. Sā quis eius sup nos tē. (et veniet ei) Matth. xxvii. Veniat sup vos oī sang. iustus tē. Scda cā est cōtemptus boni spūialis: vñ subiungit (et noluit bñdictionē) iudas noluit illam bñdictionē de qua Matth. v. Beati paupes spū: q̄ et haberet pecuniam primo fuit latro: et deinde proditor.

Math. xxv. Quid vultis mībi dare et ego vobis eum trādam. Iudei etiā noluerūt illā bñdictionē. De qua Job. x. Beati qui nō viderūt et crediderūt. Et Luce. x. Beati oculi qui vidēt q̄ vos videtis (et) qz noluit (elongabit ab eo) qz bñdictio fidei gentibus data est et ab eis q̄ nolebāt eā ablata. Eccl. xiiij. Qm̄ indignos vos iudicatis et in evite ecce pertinet ad gentes Matth. xxiij. Miserebit a vobis regni dei et dabit gēti faciēti fructū ei⁹: vñ p̄ iacob signat p̄ples gētilis q̄ supplantauit esau. i. p̄plim iudicātū in bñdictione. Tercia cā est generalitas p̄cti: qz iudas et iudei pecauerūt in corpe et in sensualitate et in rōne. vñ dicit.

**¶** 17. **Et induit maledictionē sicut vestimentū tū et intravit sicut aqua in interiora eius: et sicut oleum in ossibus eius.**

**C** Et induit si. ve. in quo qz induit vestimentō ad corpus p̄tinet p̄tū corporis intelligit (et intravit) eadē maledictio. scz p̄tū (sicut aqua) diffundēs se (in interiora eius). i. in aiam q̄tū ad sensualitatē (et sicut oleū) qd̄ penetratū est et delectabile (in ossibus eius). i. in rōne q̄ p̄ ossa intelligit: qz sicut in ossibus est fortitudo corporis: ita in rōne est fortitudo aie. Quarta cā est gloriatio de p̄ctō que notatur cum dicit.

**¶** 18. **Fiat et sicut vestimentum quo operit: et sicut zona qua semp p̄cīngit.**

**Fiat ei**. s. iude vel p̄plo iudeor̄ illā maledictio (sicut vestimentū quo opit) Idem videt dicere q̄ supra induit maledictio (sicut vestimentū) s̄ differt. Nam supra dicit (induit) et tunica: hic vñ dī (sicut vestimentū q̄ opit) scz et pallio qd̄ qz sup ceteras vestes appetit intelligitur opiri maledictōe: et pallio qui de iniuitate in conspectu boīm gloriāt. Quinta cā est p̄mpitudo ad peccandum: vñ addit (et sicut zona qua semp p̄cīngit) Zona cīm nos p̄cīngimus et p̄mpit simus: ille ergo habet maledictōen p̄cti. sicut zonā qui p̄ctū suū iam traxit in p̄suetudinem p̄ quā sit babilis et p̄mpitus ad peccandum: et hoc non soli iude p̄uenit s̄ multis alīs. vñ subdit.

**Hoc opus eorū qui detrahūt mībi apud dñm: et qui loquunt mala aduersus animā meā.**

**Hoc**. s. induere maledictionē sicut vestimentū et cetera q̄ p̄dicta sunt (est opus eorum) oīm (qui detrahūt mībi tē.) vel sic possumus p̄tinare supra enumerauit, multas penas iudei et iudeor̄. hic vñ oñdit q̄ oīa illa acciderēt eis. ppter infidelitatē: vñ addit (hoc). s. totū qd̄ p̄cedit est (opus eorū q̄ detrahunt mībi apud dñm). q. d. q̄ mībi detrahūt p̄ infidelitatē nō credētes q̄ vera sit me q̄tū ad diuinitatē et q̄tū ad būanitatem faciūt supradicta. illi vñ q̄ nō creditū ipm cē equalē p̄i et qd̄ verbū erat apud tē detrahūt ei⁹ diuinitatē: et detrahūt (apud dñm) et nō tñm istoz s̄ (et eoz q̄ loquunt mala aduersus aiam meā) detrahētes būanitati sicut appollines q̄ dixerūt xp̄m esse asichen. i. si ne metes sine aia sicut et maniche⁹ dicebat ipm nō assūm, p̄sisse corp⁹ vez s̄ fantastici. Itē aduersus aiaz xp̄i mala loq̄bāt q̄ dicebāt eū inuitū tradidisse aiaz et nō bīc p̄tāte resurgēdi s̄ illud Job. x. P̄tāte b̄abeo ponēdi aiaz meā et p̄tātem bēo itē su. cā. Moralē bic describūt calamita test et miseria p̄tōrōs (p̄stitue sup eū p̄tōrō) s. malū platū li platū sūt qd̄ magna vel maria miseria ē pena cīm magna ē bīc plā a deo in pētū cupidū vel auar: s̄ maior ē bīc stultū platū maria aīm nam subdī bīc p̄niciosem. De p. ii. Paral. xij. Nō stillabit furor me⁹ torum sup irlm p̄ manū sysach. Verūtēt seruit eīt sciāt distatia seruitutis mee et fuitutis regni terraz. De scđo Zach. xj.

Sume tibi vasa pastoris stulti: qz ecce suscitabo pastorez in terra qui derelicta nō visitabit disp̄sum nō queret et cōtritū nō sanabit: et id qd̄ stat nō enutriet et carnes p̄nguit comeder: vngulas eorum dissoluet: ecce descriptio stulti p̄lati. De p̄niciose Job. xxxiiij. Qui regnare facit hypocri, tam. ppter peccata populi Neemie. ix. Fruges eius mul, tiplicant regibus qz posuisti sup nos. ppter peccata nřa, et pecoribus nřis dñantur: et iumentis nostris fm volun

L 5

# Psalmus

tatem suam et in tribulatōe magna sumus. Ecōtra bñdīctio dei est habere bonū placū. q. Paral. ix. Quia em̄ dili-  
git deus nřl' et vult seruare eum in eternū. idcirco posuit te  
super eum regē ut facias iudicia atq; iusticiā. lequit et post  
qđ malū placū haberet: qui videlicet nō custodit oves ab in-  
vasione lupi ut mortis lupi infernalis exponat: vñ ad-  
dit (et diabolus stet) et ei aduerseret (a textris eius) et nō  
permittat eum aliqd dextrū opus facere Zach. iii.

**S**athan itabat a textris eius et aduersaret ei. Et nota qđ diabolus  
quibusdā est a sinistris: quibusdā a dextris: quibusdā ante  
faciem: quibusdā post tergū: quibusdā supra: quibusdā  
infra. A sinistris est illis qđ p̄sequit in ep̄alibus sicut Job  
i. 7. ii. A dextris illis qđ p̄sequit in sp̄ualibus: ante faciem  
eis qui versutiae eius cauet Ezech. xxix. Ante faciem regis  
tedi te. A tergo est illis qui nō p̄uidet Proverb. iii. Vtia  
impiū tenebrosa nesciunt ubi corruunt. Supra aut̄ est eis  
qđ culcat Job. xx. Cadent et venient super eum horribiles  
P̄s. Misericordia mei deus qđ culcauit me homo. diabolus.  
De quo Matth. xii. Inimicus homo h̄ fecit. Intra-  
Et sub pedibus est e s qui eum p̄culcat Rom. vi. Con-  
teret dñs satanam sub pedibus v̄is. P̄s. Supplantati  
insurgētes in me subetus me: et ibidem. Cadent subitus  
pedes meos. maxime aut̄ in die iudicij stabit dyabolus a  
textris p̄tōris et accuset eum ne ad dexterā dei colloceſ  
vñ sequit (cū iudicat). s. in die iudicij (creat) a facie dñi.  
(Cedematus) illa s̄nia Matth. xv. Discedite a me ma. in  
igne ceter. Item creat de puentu iustorū: vñ qđ dñ Leuitici  
xxviii. Educ blasphemū extra castra: et lapidet eū vniuer-  
sus pp̄ls: tunc aut̄ ita electi clamabūt et non exaudierūt si  
cuit dñ Prover. i. vñ sequit (et oīo eius) qua tunc dicet cū  
satuis virginibus: dñe dñe ap̄i nobis (sicut in p̄tō). i. nō  
tm̄ utilis h̄ etiā abominabilis et p̄tō Prover. xxvii.  
Qui declinat aurem suā ne audiat legem dñi eius erit ex-  
ecrabilis. Notandum aut̄ qđ etiam in p̄nti sit oīo in p̄tō p̄  
pter quinq; causas: videlicet ppter ironibilitatē peten-  
di Iac. iii. Petitis et nō accipitis eo qđ male petatis. Hu-  
manā impatiētiā Ione. iii. Petuit aie sue ut morereſ.  
iii. Reg. xix. Sufficit mibi dñe tolle aiā meā. Infidelita-  
tem Elsa. xlv. Rogant deum nō saluātem. Indignitatem  
celebrātis. s. Lox. x. Prober seip̄m homo tē. Greg. Lum-  
is qui displicet ad intercedendum mittit irati iudicis ani-  
mus ad deterioria, puocat. Negligētiā Hiere. xlviij. Ma-  
ledictus qui fecerit opus dñi negligenter (sicut dies eius  
pauci) hoc accidit frequenter de p̄tō vñ qđ supra dictuū  
est. Cūri sang. et dolō: nō dīm. di. su. Eccl. vii. Nō sit bo-  
num impio nec plongent dies eius Prover. x. Dies im-  
piōrum breuiabunt. Et nota qđ dicit (pauci) nō parui: quia  
dies bonorum parui sunt et nō parui multū: sicut dicit Ja-  
cob Ben. xlviij. Dies pegrinatōis mee. cxix. annorū sunt  
parui et mali Zach. iii. Quis despexit dies paui. parui  
igit̄ sunt dies bonorum et nō multū sunt: vñ illud Ben. xxv.  
Mortuus est abraham plenus dierum. etiā boni habent  
dies multos. vñ illud Sap. iii. Consummatus in breui  
expluit tpa multa (et ep̄atum eius ac. alter). i. dignitateſ  
et coronā quam forte prius p̄ aliqua bona opa meruerat  
Apoc. ii. Tene qđ h̄es. s. bona opa nō pde p̄ sequēs p̄tō:  
qđne ali⁹ accipiat coronā tuā ad l̄ram hic maledicit ma-  
lis ep̄is et platis (sicut) inquit (dies eius pauci: et ep̄atum  
eius acci. alter) qui. s. id facit qđ ad officiū ep̄i non p̄tinet  
et hoc ad l̄ram sit aliquoties et bonū eset qđ frequētus fi-  
eret Eccl. x. Sedes ducum sup̄borum destruxit deus et se-  
dere fecit mites p̄ eis. s. qui opera pietatis faciant curan-  
do et sanando subditos. malus em̄ platus est fucus plan-  
tata in vinea dñi. De qua Luc. xiiij. Ecce tres sunt anni ex  
quo venio querēs sicum in fculnea bac et nō inuenio: suc-  
cide ergo istam et quid terrā occupat. Fructus trium an-  
norū est iste te quo dixit dñs petro Job. xl. Pasce ag-  
nos meos: pasce agnos meos: pasce oves meas scilicet tri-  
plex pastus verbi: pastus exempli: pastus tpalis subditi  
si in plato nō inueni iste triplex fructus frustra terrā oc-  
cupat et succidēlus est: ppter hoc dicit dñs Elsa. xxij. Va-  
det ingredere ad eum qui habitat in tabernacula ad som-

nam p̄suppositum templi et dices ei: quid tu hic: aut̄ qua-  
si quis hic tē. et subdit: ecce dñs asportari te faciet sicut as-  
portat gallus gallinarius (sicut filii eius orphani et uxor  
eius vidua. filii platorum sunt subditi et ecclesia et melius  
est istis filiis et sunt orphani et uxori et sit vidua. qđ placū  
malum habeat. Item filii cuiuslibet homis sunt eius opera  
uxor est antina. dñs tñ principaliter est pater istorum fili-  
orum et sp̄ous huīs uxoris. qđ filii nō possunt generari  
nec sponsa cōcipe potest nisi ipso principaliter opante: fili  
li ergo sunt orphani: qđ non sunt dei opa: uxor est vidua  
qđ a sposo deo separat p̄ peccatum Job. xxij. David ste-  
relicet et que nō part et vicie nō bene fecit: vel de filiis. i.  
de imitatoribus malorum possunt intelligi p̄dicta Judas  
discipulus xp̄i et ep̄s fuit: et ideo malos epis signat quoz  
filii sunt subditi vel imitatores: vel etiam nepotuli. de qui  
bus Job. xxj. Sublimati sunt imp̄i p̄ficiatq; diuitijs. se-  
men eorum p̄manet coram eis. spinquoū turba. i. nepo-  
tum in cōspectu eorum: uxor eorum. i. ecclesia. de qua et in  
qua deberent generare filios sp̄iales. sed multi nō haben-  
tis membrū generatiū accipiunt hanc p̄rem contra le-  
gem Deut. xxij. Non intrabit eum cibus attritus vel am-  
putatis testiculis et absiso veretro ecclesiam dei. vñ meli-  
us esset ecclesie qđ esse vidua qđ p̄ tales maritos haberet  
ideo dixit xp̄eta (sicut filii eorum orphani et uxori. vidua)  
de quibus etiam subdit (nutantes transferant filii eius et  
mendicent) ipsi enim sunt nutrētes. i. fluctuātes et instabiles  
in p̄posito Job. vii. Et cum mutaret nullumq; daret pe-  
tentis respōsum. dixit ei angeli. Noli timere: sunt etiam nu-  
tantes ut eborū: et dormientes et furosi. sicut de dñi. i.  
Reg. xij. Collabebat inter manus eorum trāscerant a mi-  
lio cum moriunt et serant in inferno: vt Luce. xvij. dicit de  
diuite qđ mortuus est et sepultus in inferno (et mendicent)  
ibi sicut ille diues qui sicut gutta aquae: nec tñ babere po-  
tuit: h̄ est amara mendicitas Prover. xx. Propter frigus  
piger arare noluit mendicabit ergo estate. s. in ardore ge-  
bene et nō dabis ei: et possent dicere mali diuites. nos bñ  
sumus hic in diuitijs et in delicijs nostris nō mouebimus  
nos. ppter hoc subiungit qđ violenter expellent: vñ dicit:  
(et ehezā tē habitacionib⁹ suis) sez de diuitijs et deli-  
cijs et palacijs que habitare se diu putabant. Exemplum  
Luce. xij. dicebat diues. Anima mea multa habet bona  
deposita in annos plurimos: quiesce: comedere: bibere: epula-  
re. Sicut aut̄ deus. Scilicet hac nocte repetent animā tuā  
a te. P̄s. Fiat habitatio eorum deserta et in tabernaculis  
eorum non sit qđ inabitet Hiere. xxij. Ut qui edificat do-  
mum suā in iniustitia et cenacula sua nō in iudicio (scrū-  
te fenerator omniē substantiam eius) hoc ad l̄ram alii  
qđ accidit: qđ mortuo diuite iudei calumniant et vexant  
heredes eius et imponunt ei quod ab eis reperiat ad vſu  
ram: vel (fenerator). i. princeps qui est feneris occupator  
et in veritate vſurarius est: qđ p̄mittit vſurarios dare ad  
vſurā et p̄tēps est eoruū: iste scrutat omnē subam diuitis  
mortui: qđ in multis locis h̄ est p̄suētudo qđ cū mori di-  
ues hō statim tota sua eius accipit ī manu ei⁹: et dñ qđ vſu-  
rari⁹ erat: vñ ad regē p̄tinet sua eius et sic accidit qđ seq̄t  
(et diripiāt alieni labores eius). s. bebelli⁹ et milites Lu. xij.  
Que aut̄ parasti cuius erat. Eccl. x. Cum mori hō bere-  
ditabit serpētes. i. demones de aia sua. bestias. i. p̄ncipes  
te pecunia sua et vermes ad l̄ram de carne sua. vel de dia-  
bolo intelligi pot̄ qđ est fenerator dñs p̄tō ad vſurā mo-  
mentaneā delectationē et exigēs penā eternā. qđ scrutatur  
etiā oēm l̄bam. s. ipsa bona opa si forte inueniat ibi aliqd  
latēs p̄tō. vñ significat p̄ laban qđ querēs ydola sua scruta-  
tus est totā suppellecile iacob Ben. xxij. Scrutare qđ  
qđ tuorū apud me inuenieris auctor. et p̄misit an apud quē  
cūq; inuenieris deos tuos neceſ corā fratribus nr̄is: sic  
apud quēcūq; inuenient fuerint ydola p̄tēps necabū gladio  
vltōis dñe corā oīb⁹ qđ erūt p̄gregati ad iudicium: et tūc (di-  
ripiāt labores ei⁹). s. demones Prover. v. Ne des ali. ho-  
tuū. et an. tu. crudeli ne forte ipseā virib⁹ tu. et la. tu. sint ī  
tomo aliena et gemas ī nouissimis. Posset āt aliq; cogita-  
re qđ ī morte vel ī iudicio b̄et amicos qđ enī iuvarēt: vñ

**F**enerator  
qđler de vi  
abolus

**M**orali p̄-  
lati sunt ab  
officio am-  
mouēdi: et  
cos aliquā  
animouet  
dñs ppter  
eorum de-  
merita.

